

UNIONIS nomen vocabulum est Ecclesiastica Jurisprudencia, in qua saepe de Beneficiorum Unione agitur; atque inter Doctores convenit ejusmodi unionem alienationem esse, quae sine formulis ad Ecclesiam bonorum alienationem praescriptis fieri non potest. Ac re quidem ipsa temporis lapsu Beneficia perire possunt Ecclesiarum destructione, ac reddituum dissipatione. Si redditus vigeat, quamvis adificium ipsum ditum sit, ut in bene multis Ruralibus Capellis accidit, in aliam Ecclesiam, ut in proximiorum Parochiam servitium transferri debet; quod si redditus pars tantum superfit, quemadmodum saepius fit, alicui alii Beneficii titulo uniantur necesse est. Unionis igitur causa sunt necessitas, vel utilitas.

Si Infidelium incurfus adeo Urbem everterit, ut vel nulli amplius ibidem Christianifideles sint, (a), vel longe pauciores, quam ut Episcopum occupent, Episcopatus hic propiori addendus erit. Id non semel in Italia praestitit S. Gregorius, Longobardorum bellis grassantibus. Eadem est pro rata parte Parochiae ratio, & ea quidem vetus erat regula, ut quae decem familiis instructa esset, ad Presbyterum occupandum sufficere censeretur: Satis est ad unionem instituendam utilitas; cum Parochia, exempli causa, non satis redditus obtinet, ut idonei Presbyteri congrua sustentationi par sit, et Capella, vel aliquod aliud Beneficium simplex uniri potest; cumque tenuiores Praebendae sunt, earum numerus imminui potest, ut ita, qui supererunt, Canonici cum dignitate subsistant. Atque haec legitima causa sunt; Tridentina (b) porro Synodus subreptitias atque obreptitias uniones, nimirum eas, quae sine legitimis causis, apud Ordinarium firmatis, postquam ii, quorum interest, acciti fuerint, editae sunt, nullas declarat.

Laxioribus quidem temporibus, unionis, quae sine causa seu gratiosa erat, genus aliud irrepit; ut nempe Pontifex, vel Episcopi ipsi Beneficia citra necessitatem unirent, ea una de causa ut Episcopi, verbi gratia, seu Capitali proventum auferrent. Quia vero uniones haec collationem & gratiarum numerum imminuebant, excogitatae sunt uniones ad tempus, ut quoad viveret Cardinalis, cui Pontifex ita plura Beneficia hoc unionis titulo conferebat; & unio quidem, eo moriente, evanescebat. Tridentina Synodus (c) uniones ad mortem usque penitus abolevit, ac statuit, ut uniones perpetuae ante annos quadraginta institutae ab Ordinariis ad trutinam revocarentur, atque ita an per subreptionem necne impetratae essent, cognoscitur; in posterum autem nulla profus unio sine legitima causa fieret; itaque gratiosas uniones de medio funditus sustulit.

Ex communi regula uniones legitimas etiam regularium Beneficiorum instituere potest Episcopus; non item dignitates infra Episcopum constitutae. Si de uniendis Episcopatibus, vel de Beneficio Episcopali Mensa uniendo agatur, id quidem ex Jure novo solus Pontifex potest. Verum ille absque Episcopi consensu nequit unionem edere; id in Gallia non ferretur omnino. Porro unio hac non sine accurata causa cognitione facienda est. Convocandae sunt omnes partes, quarum interest ut Parochiani, Collatores, Patroni; invivenda loca, videndum de commodo & incommodo, quidque Ecclesiae utilius sit, expendendum. Jam vero semper animarum sollicitudo praefertur, adeoque non est unius Parochiae titulus suspendendus, nisi ut Parochiae alteri uniantur; implendaque semper est, quantum fieri potest, Fundatoris intentio. Monasterium uniri non debet, dum ibidem conventualitas atque observantia subsistunt; Praebendae vero non debent ad tam exiguum numerum redigi, ut servitium cum dignitate peragi nequeat. Hospitalitati, vel elemosynis, quae erogari consueverant, unio nequaquam nocere debet. Nec magis variarum Dioceseon Beneficia uniri possunt.

Plurium Beneficiorum unio trifariam fit; alia quippe est accessionis unio, alia confusionis, aequalitatis alia. Omnium usitatissima est accessionis unio, cujus vi Beneficium praecipuum suum titulum retinet, Beneficium autem unitum evadit illius membrum, & quoddam quasi accessorium. Si ejusmodi membrum Parochia sit, ibi Vicarius perpetuus est instituendus. Per confusionis unionem fit, ut, ambobus suppressis titulis, novus creetur. In aequalitatis demum unione titulus uterque subsistit, sed aequalis & independens, ea tantum lege, ut uterque semper & simul, & uni eademque persona conferatur. Minime favorabiles uniones sunt, utpote cum communi jure pugnant; itaque semper fiunt, alterius jure salvo & incolumi remanente.

Si Beneficiorum, quae uniantur, alterutrum pensione oneratum sit, ea quidem per unionem minime tollitur, quippe quae fructibus, qui semper existunt, affecta est. In Beneficiorum non ad unum Patronatum spectantium unionibus, extinctione tituli de medio tollitur Patronatus, qui ad existentem Patronum migrat; atque ita cum unio citra tituli extinctionem peracta est, sua cuique Ecclesiae privilegia servantur. Numquam dignioris unio fit minus digno, causisque contrariis dirimi ac solvi potest, rebus videlicet in integrum restitutis.

In Aurelianensi Constitutione artic. 16. mandatur, ut Praelati juxta sancta Decreta ad Beneficiorum unionem, decimarumque, atque aliorum Ecclesiasticorum reddituum distributionem deveniant quod Parochi sine excusatione propriis officiis vacare possint. Et articulo 22. statuitur, ut Episcopi non sine debita causa cognitione, & juxta formas a Conciliis praescriptas Ecclesiis Parochialibus, ad Parochi subsistentiam factis proventuum non habentibus alia Beneficia, Parochias, vel non Parochias unire, atque ad decimarum, aliorumque Ecclesiasticorum reddituum distributionem progredi possint. Concinit Edictum Melodunense articulo vigesimo septimo.

(BENEFICIUM, EPISCOPUS.)

CASUS I.

Parochia una alteri unita.

1 Abbas Parochia Dominus, cujus Ecclesia diruta est, non potest ejus redditum sibi sumere, demandata ejusdem cura Parocho proximo, citra Episcopi auctoritatem.

(a) Gregor. lib. 1. Epist. 5. 10. qu. 3. c. unio. 3. ex can. conc. Tolct. XVI. cap. 4.

2 Si hujus Parochia titulus servari, atque Ecclesia viduogregari non potest, univenda est proximiori & commodiori Parochia.

QUESTIUM.

Parochialem Ecclesiam collapsam Incola restituere non poterunt; Abbas Commendatarius, tum quoad spiritualia, tum

(b) Concil. Trid. sess. 8. c. 6. & sess. 24. c. 15. (c) Idem Sess. 7. cap. 4. ann. 1547. & sess. 24. cap. 17.

tum quoad temporalia loci Dominus, sibi Parochiales redditus vindicavit, & ut eidem Parochia servitium praestandum curaret, egit, vel Incolis repugnantibus, cum Parocho proximo, quadraginta libras annuas pro ejus opera stipulatus. Quaevis idne liceat, atque an Abbas aequae ac Parochus in conscientia tuti sint?

RESPONSIO.

Consilium Conscientiae subscriptum, quod propositam facti speciem vidit, existimat, Abbatem Parochiam, (a) de qua questio est, redditus sibi sumere non potuisse; & causam fuisse, cur ex eo percceptorum fructuum restitutio petatur, ut inde percepta pecunia ad Ecclesiam redintegrationem conferatur, tanquam bonum ad eam pertinens, Titularis defectu, praesertim cum eo ipso reddito fortasse Fabrica continetur (b).

Abbatem, proximaque Parochiam conventionem, de qua in Expositione dictum est, stipulari non potuisse; Abbatem (c) ipsum non posse hujus Parochiae, cujus non amplius Titularis existit, Populum alteri Parocho tribuere ac demandare; facultatem porro hanc ad unum Episcopum pertinere, cujus unius est animarum curam in sua Diocesi committere. Quamobrem ut Abbas hic ejusdem Ecclesiae Patronus esset, egisset potestatis expertus; ac si Episcopi auctoritas nequaquam interfuit. Deserviens in ejusmodi Parochiam nulla gaudet Jurisdictione. Quod si certo constet, Ecclesiam nec praecipui Decimatoris, nec Habitantium contributione reparari posse; si Patronus eam restituere nolit; si nemo denique unus sit, qui Patronatus jus, ac redintegrata, acquirere velit: nullum aliud remedium afferri potest, quam ut ea Parochia uniantur proximiori, atque Incolis commodiori; tum vero diruta Ecclesiae bona ad eam, cui unietur, deveniant. Sed ad extremum remedium hoc tum solum veniendum est, cum demum compertum fuerit, nihil eorum, quae dicta sunt, aut aliquid aliud adhiberi posse, ne scilicet extingui necesse sit Beneficium apprimere utile saluti Populi, cujus fortasse remittitur pietas, quod sibi noverit opus est, ut ad diluam Ecclesiam se conferat, quodque non desit periculum, ne qui pueri sine baptisate, alii- que sine confessione moriantur ob Ecclesiam, in qua Sacramenta quaerenda erant, longinquitatem.

Decisum Parisiis hac die 14. Decembris ann. 1678. Aug. de Lamer.

CASUS II.

Prioratus Collegio in aliena Diocesi posito unitus.

1 Diocesis unius Beneficium alterius Diocesis Collegio uniri potest, dummodo omnes formulae requisitae serventur. 2 Ad firmendam dissolutionem in qua Collegium se summam annuam ei loco solviturum promittit, ad quem Beneficii redditus pertinet, opus est summi Pontificis auctoritate.

QUESTIUM.

Quidam Prioratus possidet pendente a Collatore Regulari Sancti Victoris in Rutenorum Diocesi; eum Collegio Sancti Jesu Montispessulani unire vult, retento, quoad vixerit, omni redditu. Attamen convenit, unione facta, Collegium loco fructuum Beneficii quotannis certam pecuniam vim daturum, nempe 4200. libras, omnibus deductis oneribus. Interrogat Prior, an haec conventio ab omni simonia labe vacare possit? Consultus magni nominis Advocatus respondit, tamen si Tridentina Synodus (a) uniones has Beneficiorum Dioceseon aliarum damnet, ne ordo Ecclesiasticus confundatur; eas ipsas tamen Rescriptorum Jurisprudencia firmari. Necessae est igitur, ut Rutenorum Episcopus, in cujus Diocesi existit Beneficium, quod Montispessulani Collegio uniri contenditur, commissionem rogatiam expediat ad Officialem Montispessulani, ubi Collegium positum est, ad informandum de commodo & incommodo, ac deinde venientur ii, quorum interest, & Collator huic unioni consentiat. Tum vero Rutenorum Episcopus Decretum edet, cujus vi Collegio Beneficium unietur.

RESPONSIO.

Consilium Conscientiae subscriptum addit Advocati, de quo in Expositione dictum est, Consultationi, Prioratum

(a) Vide articulum 52. Blesensis Constitutionis. (b) Innocentius Gravius de Ecclesiis aedificandis & reparandis p. 30. (c) Louet Litt. O. pagio. 677. ibidem pp. 824. 825. 826. 827. 828. & 829. (d) Concil. Trident. sess. 14. cap. 9. de reformat. c. Unice de

Collegio, de quo agitur, uniri posse, dummodo formulae in hac facti specie necessariae serventur, & appellandi appellentur. Sed quod attinet ad conventionem certe summa loco fructuum Beneficii quotannis tribuenda, praesertim si ea summa proventum excedat, eam fere solus Pontifex firmare potest; & ad eum confugiendum est, ut ab omni simonia conventio eadem purgetur.

Decisum Parisiis hac die Julii

ann. 1705. G. Fromageau.

CASUS III.

Parochia Collegio unita.

1 Collegio Parochiam uniri repugnat Tridentina Synodi disciplina. 2 Si gravis causa ejusmodi unionem postulet, in ea saltem omnes conventiones simonicae vitandae sunt.

QUESTIUM.

Rogantur humillime Sorbonae Doctores, ut super instantibus difficultatibus exhibeat sententiam suam. Quaevis ergo.

I. An unio Parochiae Collegio in Episcopi manu fieri possit, atque an Parochianorum consensus sit absolute necessarius?

II. An Collegium possit Beneficium fundare, & Capitulo, quod Parochiae jus obtinebat, ejus nominationem relinquere, ut ei compendatur ejusmodi Juris factura?

III. An Collegium eadem de causa possit ducenturum librarum pensionem remittere, quam ei Praeceptorialis causa Capitulum solvit?

IV. Inter has compendandi Capituli rationes an non utriusque parti magis accommodata videtur Beneficii fundatio?

RESPONSIO.

Consilium Conscientiae subscriptum censet, Beneficiorum unionem non sine evidenti Ecclesiae necessitate vel utilitate instituendam esse, ut ex Cap. Expulsus (e) licet intelligi si evidens necessitas aut utilitas Ecclesiae extiterit, inquit Honorius III. hoc loco. Porro non ostenditur, in proposita facti specie Ecclesiae bonum requirere, ut ea Parochia Collegio, de quo agitur, uniantur.

Advertatur praeterea talis unio Tridentinae Synodi disciplinae; Ecclesiae Parochiales, inquit Synodus, Monasterii quibuscumque aut Abbatibus, seu Dignitatibus, seu Praebendis Ecclesiae Catholicae vel Collegiatae, sive alii Beneficium simoniacis, aut Hospitalibus, Militibus uniantur. Disciplinae hae amplexa est Ecclesia Gallicana in Statibus Blesensibus art. 23.

Denique Beneficium uniat alteri Beneficio, vel saltem alicui rei, quae spiritualis & Ecclesiastica censetur. Porro Collegium, in quo pueri ad omnia promissae viae genera instituuntur, tanquam Domus Ecclesiastica spectari nequit; multoque magis ad Laicalem & Secularem statum pertinet.

Si haec unio minime fiat, nihil erit, quod ex Parochianis expolletur. Quod si fiat, de jure quidem non est necessarius eorum consensus, quia scilicet unio debitis subsidiis eos privare non potest, cum absolute necesse sit, iis Patronem praesto esse. Nihilominus, Rebuffi (f) sententia, Parochiani appellari possunt, ut innoceat, an quicumque sit nec ne, quod illi non immerito adversus ejusmodi unionem proponant.

II. Collegium, ut unionem perficiat, obtineatque, non potest Beneficium fundare, & Capitulo ejus Patronatum relinquere, ut conferenda Parochiae jus, quo gaudebat, compendatur; ob id imprimis, quia per temporale, quod hujus Beneficii fundandi gratia Collegium traderet, exigeret aliquid spirituale, nempe jus conferenda Parochiae; quod vitiosum esset, & contra mentem Capituli, Tua nos, quod ejusmodi conventionem tanquam simoniacam proscribit.

III. Ob eandem causam Collegium Capitulo cedere nequit id, quod ob Praeceptoriale munus percipit, quia ita spiritualis res per temporalem compendaretur.

IV. Non est spectandum, quid magis contrahentibus congruat, sed quid Ecclesiae regulis consonum sit; porro repugnat Ecclesiae regulis, Collegio Parochiam uniri. Quod si graves

excentibus Praebend. non est ad hanc facti speciem, quamvis fere citetur; ibi enim tantum improbat unio facta sine Episcopi consensu, ut ex ejus verbis liquet. Vide Tom. II. Ephemeridum Aulic. p. 762. (e) Cap. Expulsus de Praebendis & Dignitatibus. (f) Rebuffus Glossa in de unionem num. 12.

que in Anglia pro Hæreticorum conversione, & Catholicorum in illis partibus degentium solatio & spiritali consolatione facere & exercere, aut jus eis in dicto Prioratu, vel ad illam illiusque bona redditusque eis & eorum cuilibet vigore seu preteritu per presentes faciendi unionis hujusmodi quomodolibet acquiritur ad alios transferre, seu alii quomodolibet cedere contingat, ex tunc unio per easdem presentes faciendi predicta, etiam si tunc temporis sum sortita fuerit effectum, dissoluta, dictisque Prioratus a Mensa Conventuali predicta disjunctus, dissolutus, dismembratus, & in suum pristinum tituli collativi statum reintegratus ipso facto sit, & esse censetur, ita ut licet infra scripto Philippo Abbati seu perpetuo Commendatario, & futuris pro tempore dicti Monasterii S. Medardi Abbatibus, seu perpetuis Commendatariis, Prioratibus hujusmodi tunc per unionem dissolutionem, aut alias vacante persone regulari idonee, ut hæcenus consueverunt, conferre, & de illo etiam providere; reservato etiam pro tempore excellenti Priori Vicario nuncupato eidem Monasterii S. Medardi jure dictum Prioratum visitandi, quo hæcenus Priores hujusmodi gavisi sunt, quodque Superior & Monachi predicti, & pro tempore existentes primo dicti Monasterii, seu Domus S. Edmundi hujusmodi Monachi singulis annis in die festivitatis S. Philippi Apostoli pro salute & prosperitate infra scripti Philippi Abbatis Missam sollempnem cantare, & post eam solenne officium defunctorum, & singulis quoque annis solenne anniversarium tam pro dicti Philippi Abbatis, seu perpetui Commendatarii, tum ejus in dicto Monasterio S. Medardi futurorum Abbatum seu perpetuorum Commendatariorum animarum refrigerio celebrare debeant. Ac etiam teneantur auctoritate nostra expresso dilectorum Filiorum Principis a Sabaudia Abbatis seu perpetui Commendatarii, necnon Conventus Monasterii S. Medardi predicti ad hoc accedente consensu perpetuo unias, annexas, & incorporas: Nos enim si unionem, annexionem, & incorporationem predictas per te vigore earundem presentium fieri contigerit, ut præsertim, easdem presentes semper & perpetuo validas & efficaces existere & fore, suoque plenarias & integros effectus fortiri & obtinere, neque sub quibusvis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, derogationibus, & aliis contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes quibusvis verborum expressionibus, & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis pro tempore factis & emanatis minime comprehendere, vel confundi, sed ab illis semper excipi, & quoties illi emanabunt, toties in pristinum ac validissimum statum restitutas, repositas & plenarie reintegratas, ac de verbo ad verbum sub quacumque posteriori data quocumque eligenda concessas esse & fore, sique & non alias per quoscumque Judices Ordinarios vel delegatos quavis auctoritate fungentes Judicari & definiti debere; & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus, non obstantibus litteris Lateranensis Concilii novissime celebrati, uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permixtis fieri prohibentibus, & regula nostra de exprimendo vero annuo valore, ac felicis recordationis Bonifacii Pape Octavi Prædecessoris nostri & aliis Apostolicis Constitutionibus, ac ordinis Monasteriorum, seu domus regularis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis & Consuetudinibus contrariis quibuscumque; aut si illi qui super provisionibus sibi faciendis de Prioratibus hujusmodi speciales vel alii Beneficis Ecclesiasticis in illis partibus generales dicta sedis aut Legatorum ejus Litteras impetrarint, & si per eas ad inhibitionem, reservationem & decretum, vel alias quomodolibet sit processum; Quas quidem litteras & processus habitos & habendos, ac inde secuta & sequenda quacumque ad Prioratum predictum volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad affectionem Beneficiorum aliorum prejudicium generari, & quibusvis aliis privilegiis, indulgentiis, Litteris Apostolicis specialibus vel generalibus quoracumque tenorem exstant, per que presentibus non expressa vel totaliter inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris Litteris mentio specialis. Ceterum cum non sit verisimile, quod quis sua Beneficia multis forsitan laboribus acquisita sponte resignet, tu illic attente circumspicias, an ex parte Josephi, ac Superioris, & Monachorum primo dicti Monasterii seu Domus Regularis hujusmodi, super dicta resignatione, ut feret, quam Nos nullo hujusmodi vitio laborare deprehendimus, intercesserit Simonia labe, aut aliqua alia illicita pacto, vel etiam corruptela; volumus autem, quod per unionem, annexionem, & incorporationem predictas, si illas per te vigore earundem fieri contigerit, ut præsertim, dictas Prioratus debitis preterea non fraudetur obsequiis, sed ejus congrue supportentura onera consueta. Datum Roma apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo octuagesimo secundo, pridie Idus Martii, Pontificatus nostri anno sexto.

C A S U S V I.

Archidiaconatus unita Parochia.

1 Si Parochia Archidiaconatus circa necessitatem ac juridicam circumspeditionem uniuersæ, hac unio Ecclesie regulari adverteatur, ac proinde nulla est & abusiva.
2 Unionis hujus abusus annorum quadraginta possessione minime tollitur.

Exemplum Constitutionis pro hujusmodi unione.

Claudius de R. &c. universis & singulis presentibus infirmitatis, &c. Cum iustis supplicationum petitionibus sit uniuersum, & Dignitates in Ecclesiis ad conservandam aut augendam Ecclesiasticam disciplinam fuerint institutæ, nec possint, qui eas obtinent, tam in divinis, quam in humanis rebus circa Dei cultum laudabiliter agere, nisi reditus pro eorum gradu & qualitate sufficienter provideatur; æquum enim est, ut qui in Ecclesia Dignitate fulgent, de bonis Ecclesie gaudeant, quantum ad sustentationem satis habeant pro gradu, & qualitate sua. Ideoque jam a quibusdam annis agnovimus Archidiaconatum C. in Ecclesia nostra Metropolitana fundatum, cum sit secunda post Pontificalem Dignitas, non satis dotatum, eo quod sibi solum certæ & modicæ pensiones sub Rectoribus sui Archidiaconatus percipiende sint assignatæ; tum tamen jam dictæ Ecclesie nostre Metropolitanæ Archidiaconus major præter similes super Rectoribus sui Archidiaconatus percipiendas pensiones, & ultra Præbendam Canonicalem, quam in eadem Ecclesia obtinet, ei Archidiaconatus præteritis temporibus Rectorie de Corsario & Castroferido fuerint unite, Præceptor idem ejusdem nostre Ecclesie Metropolitanæ Personatus & Officium, dicti Archidiaconus de C. in excessu & sessioni & honoribus inferiori amplius possidet provenus, dicti Archidiaconus de C. multo uberioribus: videlicet ultra jura decemalia & pratrimonialia, que in præsentia Civitate obtinet, Rectoriam de Periano eidem Præceptorie jam pridem unitam. Quapropter eidem Archidiaconatus de C. Rectoriam de Fortono, & ejus annexam de Equabus uniuersum censuimus, postquam ad supplicationem M. Henrici D. & per Vicarium nostrum Generalem ad hoc specialiter per nos Commissum & Deputatum, ad diligentiam Procuratoris nostri fiscalis fuit, uti par est, secreta inquisitionem, & nobis constitit locum de Fortono nullis moribus cinctum in arduis moribus situm, in quo non est numerosus populus, cuique tam in Ecclesia principali, quam in Annexæ de Equabus per solum Rectoriam cum Presbytero & Clerico inferri est solitum, uti sit in multis locis dictæ Parochie de Fortono vicinis; neque enim divinus manuet cultus, nec Sacramentorum Ecclesiasticorum negligenter administratio, sed ejusdem Ecclesie & Annexæ Parochiani, uti par est, & sufficienter instruantur, si dicta Rectoria eidem Archidiaconatus unita futuris temporibus per Vicarium perpetuum instituenda cum uno Presbytero & Clerico regatur, & eidem inferriatur. His itaque & aliis, que fuerint necessaria, & attente pensatis, accedente ad hoc expresso dicti D. ejusdem Ecclesie de Fortono ad præsens Rectoris, necnon Procuratoris nostri Fiscalis ad dictam perpetuam unionem consensu, per presentes dictam Rectoriam de Fortono, cum ejus annexæ de Equabus cum omnibus suis juribus, redditibus & proveniuntibus uniuersis eidem Archidiaconatus de C. uniuersum & perpetuo uniuersum per dictum D. ad præsens Archidiaconatum de C. in dicta nostra Ecclesia Metropolitanæ, & ejusdem in dicto Archidiaconatu Successores possidendam & obtinendam, sine prejudicio iurium nostrorum super dicta Rectoria & ejus Annexæ per nos & Successores nostros percipiendorum; que dicta nostra jura volumus & declaramus nunc & in perpetuum semper immunia & exempta a congrua portione Vicarii perpetui, & sicut in dicta Ecclesia & Annexæ inferrientium, jam per nos in presenti assignata, vel in futurum quocumque modo assignanda, & jura ejusdem Rectorie & Annexæ ante obligatos esse, uti nunc ejusdem Rectorie & Annexæ uniuersum declaramus & providimus, in eadem Ecclesia & ejus Annexæ celebrando Officio, Sacramentis administrandis, hospitalitate servanda, & aliis, ad que Rectoribus tenentur. Velamus & ordinamus, quod nunc & in futurum sit Vicarius perpetuus, qui cum Clerico & Presbytero, a nobis aut dicti Vicarii perpetui amoribus approbato, & ad naturam dicti Vicarii perpetui amovendo, eamdem Ecclesiam de Fortono & ejus Annexam regat & in eisdem Sacramentorum Ecclesiasticorum administratione & omnium ad Rectorem pertinentium curam habeat, & hospitalitatem seruet. Ad quam Vicariam perpetuam, ejusdem adveniente quocumque modo vacante, per nos

Archiepiscopum & Successores nostros perpetuo pleno jure providebunt. Pro cuius Vicarii perpetui, Presbyteri, & Clerici sustentatione, & oneribus dictæ Rectorie incumbentibus supportandis, & hospitalitate servanda, eidem Vicario perpetuo assignavimus & assignamus summam quadringentarum solvendarum per dictum D. Archidiaconum de C. & ejus Successores solvendam in Festis Nativitatis S. Joannis Baptiste, & omnium Sanctorum æquis portionibus. Quam quidem summam quadringentarum quinquecenta librarum immunitæ & exemptam ab omnibus reparationibus, decimis, pensionibus, assignatione pro elemosinis, & omnibus quibuscumque oneribus declaramus, & ad solutionem dictæ summæ quadringentarum quinquecenta librarum omnes fructus, provenus, & redditus dictæ Rectorie & ejus Annexæ obstrictos & obligatos perpetuo declaramus, in quorum fidem & testimonium has nostras unionis, institutionis Vicarii perpetui, declarationem, ordinationem, reservationem Litteras dedimus per Secretarium nostrum obligatas.

Quæritur, an unio, qua Parochia Dignitati Archidiaconi in Capitulo cedit, haud abusive sit, invalida, & ejusmodi, ut sustineri non possit, utpote eo modo peracta, qui ex alta Constitutione innotescit?

I. Constitutionem hæc legenti initio statim compertum sit, unionem hæc non alia de causa factam fuisse, quam ut Archidiaconatus reditus augetur qui jam ante unionem mille & amplius scutorum erat, cum summa videtur satis esse Archidiacono in eo loco, in quo uniuersum Archidiaconorum officium eo demum referret, ut Choro intersint, quippe qui nullam Visitationis sui obtinent.

II. Constitutionis unionis verba hæc: ad Supplicationem Magistri D. abusivam continent circumstantiam, quam exponi par est. Ut ergo verborum, horum vis ac notio percipiatur, sciendum est, ad hæc Parochiam, de qua quæritur, Parochia deserta vacantem Archidiaconum D. se nominandum curasse, & statim operam desisse, ut ipsius Dignitati uniretur. Cum enim duo Beneficia eodem tempore incompatibilia retinere non possit, non obscure significavit se saltem amorem reditus obtinere ac servare velle; quippe cum favorabilis tunc esset occasio, quoniam titulum possidebat: Expresso dicti D. ejusdem Ecclesie de Fortono ad præsens Rectoriam consensu.

III. Erit, uti par est, secreta inquisitionem. Liqueat ex verbis hæc, unionem factam esse non vocatis vocandis contra Juris mentem, cum veritati consensum sit hujus Parochie subditos de unione, non nisi postquam peracta est, cognovisse, cum nominatim appellati, sumque expresse consensum præbere debuissent, perinde prorsus ac Parochus.

IV. Unionis Constitutio, dum ita habet: nobis constitit, locum de Fortono nullis moribus cinctum, in arduis moribus situm, in quo non est numerosus populus, videtur inferre velle, Parochiam eandem adeo immunitam fuisse, ad animarum curam quod attinet, ut minime congregeret, libris annuis mille ducentis, aut circiter, quibus illa constat, Parochiam frui; verum ut dicatur, quod res est, in Parochia ipsa, ubi residet Rector, centum Communicantes, in ejus autem Annexæ Communicantes ducenti circiter sunt, ut proinde quadringenti prope modum Communicantes existant, & quidem in arduis moribus, ut loquitur Constitutio, atque ita ad omnium sibi conditorum Fidelium regimen non potest Parochus, quin Equum ac Servum habeat, præter Clericum, si velit ovis suis tanquam bonus Pastor prospicere, eodem spectat, populum extrema labore rerum inopia; cui quidem ille maxima proveniunt parte spoliatus remedium asserere non possit.

V. Consecta est unio Archiepiscopi tantum auctoritate, per unionis nempe Mandatum, quoniam ad Pontificem conigeretur.

VI. Quæritur, an facta hypothesi in hac unione abusus & invaliditatem occurrere, quadraginta quinque fructibus & pacifice possessionis anni hæc abusus tegere possint, ejusque conscientiam in tuto ponere, qui in præsentia Archidiaconatum possidet?

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientie subscriptum, quod allatam expositionem vidit, existimat, unionem, de qua agitur, Ecclesie Regulari adversari, & quod inde consequitur, abusivam esse.

Respondet igitur, I. Uniequid potestatem non ita a Prælo pendere, ut eam citra legitimum causam inlittere possit, Regula, que asseritur in cap. Expressis, de Præbendis & Dignitatibus. Hæc porro causa sunt Ecclesie necessitas, vel utilitas. Si unionis necessitas vel utilitas exigat, inquit Honoris III. Præbendam Ecclesie sua potestate de Capellis in perpetuum annexandis esse (sicut dissectione prævia videtur) augmentare. Jam vero in finem Parochie, de qua quæritur, cum Archidiaconatu nulla appareat necessitas vel utilitas, quia ejusmodi Dignitas satis dotata erat, ut Titularis officium suum commode ac decenter obire possit, quippe cum ejus redditus annuorum mille scutorum esset, hoc est satis

magnus Ecclesiastico homini, qui frugaliter ac modeste vivere debet.

II. Ecclesie utile omnino non esse, Parochiam duas tertias redituum partes adimi, ut inde in Ecclesia Cathedrali locupletetur Dignitas, cui plurimum satis bonorum jam est, ut Titularis sublimitate prospiciatur; neque vero ex Ecclesie ipsius bono fore, ut Parochus juvenis pauperibus sibi creditis impar fiat, demptis eidem Soc. libris, ut Cathedralis Beneficio addantur, eo prætextu, quod Archidiaconatus non æque, atque ejusdem Ecclesie ceteræ Dignitates, opulentes ac pinguis sit, cum nempe nihil utilitatis occurrat, quam Cathedralium Dignitates inæqualibus gaudere preuventibus, atque adeo Præbendas simplices non ejusdem ac ceteras valoris esse.

III. Nullam unquam inlitterandam unionem esse, quin de commodo & incommodo informato seu inquisito præcelleret, sique fuerint audit, quorum maxime interest, quamvis eorum consensus necessarius non fuerit. Porro ex Expositione liquet, non nisi secretam perquisitionem factam esse, haud interrogatos Incolas & Parochianos, quorum summo opere teneret, quicquid maxime, si qui alii, unionis ejus incommoda profere poterant, ita tamen ut Prælo integrum esset videre, quid juris; quod non levi argumento est, arrogatam hæc secretam inquisitionem non eo animo factam esse, ut, quid esset & Parochie rationibus, cognosceretur, sed ut eam utcumque factam esse asseri possit; id quod abusivum est, nullaque valida ac legitima excusatione obtegi potest.

IV. Consensum Parochi, qui Archidiaconus quoque erat, maxime suspensum esse debere, cum magna præsumptio sit, id, quod fiebat, in ejus favorem fuisse, atque ut ejus Beneficia duo incompatibilia consentirent contra regulam Lateranensis quarti, & Constantiensis Conciliorum, que ejusmodi uniones rejiciunt.

V. Unionem hæc adversari disciplinam a Tridentino Concilio institutam, & ab Ecclesia Gallicana receptam, ut constat ex Blesensi Constitutione art. 23, cujus utriusque fori auctoritate firmata hæc verba sunt: «Ecclesiis Cathedralibus aut Collegiatis, in quibus is erit Præbendam numerus, ut reditus cum quotidiana distributione ad Canonici gradum, ac statum cum dignitate sustentandam, locorum & personarum ratione habita, non sufficiat, dicti Archiepiscopi & Episcopi poterunt devenire ad provenus augmentationem, seu per unionem Beneficiorum simplicium, dummodo regularia non fuerint, seu per distarum Præbendam reductionem». Concilium autem ita statuerat sess. 24. c. 13. Ecclesia Parochialis Monasterii quibuscumque, aut Abbatii seu Dignitatibus, seu Præbendis Ecclesie Cathedralis vel Collegiatis, sine alii Beneficis simplicibus, aut hospitalibus militisive non uniantur. Ex quibus sequitur, unionem, de qua agitur, non modo contra regulam in postremo generali Concilio editam, & ab Ecclesia Gallicana susceptam, verum etiam contra Principis Legem esse, neque ab abusu eximi posse.

VI. Unionis defectum non in eo posse esse, quod a Pontifice facta non fuerit, cum Archiepiscopus valenti auctoritate polleat, ut appareat ex pluribus Juris locis, atque adeo ex laudato cap. Expressis.

VII. Abusus annorum quadraginta, atque adeo centum spatio non tolli, cum apud Judicem probari potest. Occurrit nobis exemplum apud Coppium l. 2. Politice Ecclesiasticæ tit. 6. n. 9. Parochie Bl. Lemovicensis Capitulo unitæ, cujus unio post annos octuaginta a Parisiensi Senatu abrogata fuit.

Decisum Parisiis hac die 14. Augusti anno 1676.
Augustinus de Lamez.

C A S U S V I I.

Complurium in Urbe Parochiarum unio.

1 Abbas, qui ab immemorabili tempore in sua Abbatia, nec non in magno, quod ab ea pendet, Territorio Episcopali Jurisdictione gaudet, potest in id incumbere, ut minus Parochia plures, in urbe, in qua Abbatia sita est, existentes uniantur, cum singularium tenuissimus est redditus, Parochiarum admodum exiguis numerus, ranteque est Ecclesiarum proximitas, ut earum servitium atque arca campana se minus impediatur.
2 Quod ille consilii, ut ad hæc unionem perveniat, injure debeat.

Q U Æ S I T U M.

Extant Ecclesie sex Parochiales in Territorio exemptionis Urbis N. quarum Eminentiſſimus Cardinalis R. Abbas N. Collator est, & in quas ordinaria & Episcopali Jurisdictione gaudet, quin eam ullus unquam, vel vivente ipso, vel decessoribus temporibus impugnaverit. Hoc Abbatia jus ejusmodi est, ut, si Abbas Episcopus est, Ordinem suum in hoc ipsum Territorium exerceat; si minus, exerceat Jurisdictionem suam vel per se, vel per suos Generales Vicarios, vel per Officialem, prorsus ut Episcopus in sua Diocesi, una

una tantum excepta pronuntiatione Pontificis, quae ad Episcopos fere mittuntur.

Adeo graves urgentesque praesto sunt causae hae sex Parochiales Ecclesiarum unio ad duas redigendi, ut Abbas ad eiusmodi unionem nulla interjecta mora sibi deveniendum putet. Haec porro causae sunt.

I. Ecclesiae hae adeo sibi mutuo proximae sunt, ut duas quidem muro tantum invicem sejunctis, ac tertia quinque non amplius aut sex passuum intervallo ab utraque distante, divinum unius Servitium alterius Servitio interrumpatur, tum eorum, qui officium caant, voce, tum Campanarum sono.

II. Adeo minuta eadem Parochiae sunt, ut, cum in aliis duo triaev tantum sint Domicilia, in aliis decem aut duodecim, earum Ecclesiae identidem defertae ac solitariae sint.

III. Cum earundem reditus in una quidem non nisi sexaginta, in nonnullis vero aliis octuaginta librarum sit, fit proinde, ut Parochiae alia sibi munia, atque adeo titulos alios, ut Praebendas in Collegiata quadam Ecclesia, quae in eodem Territorio est, quereere necesse habeant, contra Juris Sanctionem; quod in causa est, ut illi nec Collegiatae Ecclesiae, cuius Canonici sunt, nec Parochialibus Ecclesiis, quarum sunt Parochi, accurate aut deserviant, aut deservire possint.

IV. Fabricae propemodum proventus careant, apparet Procuratorum potius forma, quam Ecclesiarum. Is prope deest, quicquid ad divina Officia, quae par est, dignitate celebranda requiruntur.

V. Ecclesiarum proximitas tam facile Parochorum titulos ac jura confundit, ut inde momentis singulis mutuae inter eos discordiae, ac lites existant.

Verum quia sunt ex Doctoribus, qui contendunt Ecclesias hae ab Abbate N. seu Abbatialium privilegiorum, seu Cardinalitatis, qua fulget, dignitatis vi uniri non posse, sunt, et converso, qui posse fidenter asserant: exploratur proinde Consilii sententia, quariturque, ad unionem hanc, sive eam perficere Abbas possit, sive non possit, qua demum ratione fit perveniendum?

Dubitandi causa, an Abbas eiusmodi unionem aggredi possit, sunt haec.

I. Quia unus Episcopus in sua Dioecesi, vel, eo recusante, Metropolitanus, aut Pontificis Commissarius Beneficium unum alteri unire possunt, non ipsis quidem Legatis a latere in Gallias ea facultate pollutentibus, juxta temperantiam, qua Senatus eorum Bullis in acta referendis adhibere consuevit.

II. Quia quibuscumque tandem de causis facta esset haec unio, in Senatu quidem, ut videtur, sustineri non possit. Si quis enim eo rem deducere, praesumeret non Abbatis commodum, non ob ea, quae in unionis institutione adducta essent, unionem ipsam paratam esse, quia praesumitur, Abbatiam Parochis portionem congruam debere.

Contra porro sunt rationes hae.

I. Ordinarius sui Episcopus ad additionem ac bonum Ecclesiae suae unum aut plura Beneficia simplicia Seminario suae Dioecesis unire potest, vel quodvis Beneficium alteri majori, Regularibus Regularia relinquens, Secularibus secularia; Abbas porro N. in suo Territorio gaudet Ordinarii jure; potest ergo in eodem Territorio uniones hae facere, ut Episcopus potest in sua Dioecesi.

Temperantia, qua Legatorum Bullis Senatus adhibet, non eo spectant, ut Beneficiorum uniones impediatur, sed eo tantum, ut ne fiat *missa medio*. Cum autem Parochiae, de quibus agitur, adeo minuae sint, non est omnino timendum, ne Lentius sibi earum provisionem exposcat; atque ut exposceret, adductae rationes sunt tanti ponderis, ut minime dubitetur, quin Senatus confirmatus sit eiusmodi uniones ab Abbate, qui Episcopatum juri sacra possessione gaudet, quoque, quod majus est, Episcopus simul & Cardinalis est, institutas.

An vero fieri possit, ut Cardinalis Abbatiam Dioecesanam Episcopo subiectam possidens Abbatia suae Regularia Beneficia in Commendam rite ac recte conferret: Cardinalis autem Archiepiscopus Abbatia gaudens, quae non solum ab Episcopi Jurisdictione exempta est, sed Pontificalia jura obtinet; & cui Clerus est, qui non modo ex Religiosis Abbatibus ejusdem Praebyteris, sed ex Collegiati Capitulo, ex bene multis intra extraque Urbem Parochias, Capellanis compluribus, magnaque populi multitudine coalescit, Beneficium unum alteri Beneficio, ipse utriusque Collator ad Ecclesiam bonum unire non possit. Super hac igitur facti specie suam ut sententiam proferat, Consilium rogatur.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum, quod exposita vidit, exillimat.

I. Ex Jure Canonico Parochiales Ecclesiae Urbis N. quia paupertate laborant, & singularum reditus Parochi deceter sustentando non sufficit, uniri posse, ut liquet ex c. *Unio* 10. q. 3. & ex c. *Postquam* 16. q. 1. In hac sententia Rebuffus est in sua Praxi Beneficaria tit. de Unionibus n. 39. cum exte-

ris Auctoribus, Durano *De sacris Eccles. Ministr. et Benef. l. 5. c. 6.* Fevredo de Abusu Prima Parte l. 2. c. 4. n. 21. secundae editionis. Utilitas, inquit hic Auctor, tum adest, cum duae Parochiales Ecclesiae mutuo sunt adeo proximae, ut Parochorum duorum sustentationi pares esse non possint; hoc in casu uniantur: *Clem. Ne in agro S. ad huc de statu Monach. aut Parochianorum* tam exiguis numerus est, ut Parochus unus idemque ambabus Parochiis deservire valeat. Illud tamen non videtur silentio praetermittendum, ex c. *Unio* non plures Parochianos quam decem ad Parochiam constitendam in Jure veteri requiri consuevisse, dummodo proprii Parochi sustentationi pares essent. Aurelianensis & Blesensis Constitutiones Regulas easdem statuunt, quas Jus Canonicum ad Parochiarum, quibus non satis proventuum est, unionem. Ita quidem Rex suam mentem aperit in posteriore, art. 22. In Parochiarum, seu Ecclesiarum Parochialium locis, ubi reditus est adeo tenuis, ut sustentando Parochi non sufficiat, Episcopi cum debita causa cognitione, & juxta formas a sanctis Conciliis praescriptas unire iis poterunt alia Beneficia animarum curam habentia vel non habentia. Quod repetitur in Edicto Melodunensi ann. 1580. art. 27. & in Edicto Henrici IV. ann. 1606. art. 18. ut proinde nullas dubitandi locus supersit, quin Parochiae, de quibus in Expositione distum est, uniri possint, cum & Canonicum, & Regum nostrorum Jus in hoc negotio consentiant.

II. Quemadmodum Episcopatum unio ita ad Pontificem summum pertinet, ut ad neminem alium omnino spectet, eadem proorsus ratione Beneficia cetera in propria Dioecesi existentia uniendo sui Episcopi proprium est, ex regula, quae continetur in *Cap. Sicut unire, de excessibus Prael. & in Clement. Ne in agro S. ad huc*. Haec nimirum Doctorum communis opinio est; quia tamen ut Episcopus Beneficia unire possit, ea ab ipso pendere necesse est, ideo sua tantum auctoritate nihil obtinet potestatis in exempta Beneficia, ut animadvertit Rebuffus tit. de Unionibus Beneficiorum n. 22. Unde patet, inquit, a quo possit unio fieri, videlicet ab Episcopo, dummodo Beneficia non sint exempta, quia tunc ad Papam unio pertinet. Jus hoc tamen non ita Episcopis adnexum est, quin Praelatis inferioribus, quales Abbates sunt, qui ex privilegio in quadam Ecclesia Episcopalem Jurisdictionem exercent, Beneficia & ipsi unire possint, si ita fieri congruat, ac si iis ex consuetudine aut praescriptione, prout quidem hae in re praescriptioni locus est, id jura accesserit. Ea sane plurimorum Doctorum sententia est: *Jura enim Episcopalia*, inquit Rebuffus, n. 33. *inferiores praescribere non prohibentur, c. Auditis, de praescript. sed. titulus requiritur*. Et Nicolaus Garciae de Beneficiis par. 12. cap. 2. *De unione* num. 72. & 74. *Possunt etiam inferiores Episcopi sacro unionem, sicut consueverunt, licet non immemorabilis*. Ex Bellamera de prim. Benef. l. part. qu. 2. num. 9. *Et pro praescriptis facit declaratio Sac. Congregationis*. . . cap. 13. *quae sic ait: Eamque unionem facere posse Abbatem, si sibi facultatem uniendo legitime praescriptis, aut ex privilegio in Ecclesia sibi pleno jure subjectam Jurisdictionem quasi Episcopalem habet in omnibus & per omnia, aliquam unionem faciendam esse per Episcopum, cum consensu Abbatis & Capituli*. His in hunc modum constitutis, respondetur, omnino expendendum esse, quid moris obtineat in Abbatia N. atque an mos hic Consecuendum aut praescriptione nitatur, ut judicetur, an C. de N. unionem, de qua questio est, edere possit; quod enim Cardinalis est & Episcopus, non proinde tamen ei tale jus advenit; quia cum unio sit effectus Jurisdictionis, quia quidem ille ob eum duplicem titulum in Abbatia Territorii minime gaudet, in hac facti specie non potest eadem uni; ut propterea, siquidem ipse populorum administrationi sui subsectorum bonum instituire voluerit, nihil aliud supersit, ut tuto se gerat, & contestationem, quae secularium Judicium nomine existeret possit, evitet, quam ut ad Pontificem summum confugiat. Quod enim spectat ad Archiepiscopum P. nulla occurrit ejus adeundi probabilis ratio, quia nempe ille majorem fortasse difficultatem asserret, & exemptionem sui peculiaris facti agnoscere non dubitaret, quemadmodum eo facto opus esset, si in hoc negotio ministerio suo uti, & exemptionem in toto ponere vellet. Itaque ad rem hanc expediendam utile foret, ut C. supplicationem Pontifici exhibendam curaret, in qua exponeret, se, cum visitaret Parochiales Ecclesias Urbis N. in quas ipse ut Abbas Jurisdictionem obtinet, commisit Parochias eas tanta inopia laborare, ut multa propterea incommoda consequantur, eidemque Pontifici rem totam distinctim & enucleate explicaret, significans nullum aptius remedium afferri posse, quam si Parochiae unirentur, quod commo Populis, utilitati & honori fuerit Ecclesiis, quae decemius administrabatur; curaretque mittendum Rescriptum ad Episcopum M. vel S. vel B. proximos loco N. ad executionem Brevis, quod obtinebit; tum vero Episcopus deputatus ad instructionem consuetis modis deveniens praesens adesset, vel aliquem gradu insignitum committeret; id quod facere potest, quia *Delegatus a summo Pontifice potest delegare*; atque ita postquam praesens veritate nisi cognoverit, ad pronuntiationem deveniet; & Cap. Patentes a Rego Litte.

Litteras obtinere poterit, ut negotio huic extremam manum imponat, easdemque in Senatu aut Magni Consilii Acta referendas curare, postquam inquisierit de commodo & incommodo. Expediunt etiam, ut C. Parochianorum consensum obtinere studeat; resque ita componeret, ut Trulares assentirentur, quo promptius negotium conficeretur, cum eiusmodi rebus remissio, atque oisitantia plurimum noceat. Additur hoc loco Romanam Curiam haud facile forsalle passuram esse, ut Parochiae redi extingatur ad duas, atque hunc numerum satis esse non videri, spectata Parochianorum multitudine.

Decisum Parisiis hac die 16. Augusti an. 1678. Aug. de Lamez.

C A S U S V I I I.

Episcopali Mensa unita Parochia.

- 1. Unio, qua Parochia annexitur Episcopali Mensae, cum est simonia, nulla est.
2. Eius defectus lapsu temporis emendari non potuit, restituendumque est, quicquid ex Parochia unita proveniens percipitur, postquam unionis vicia innovaverit.
3. Si Parochia Episcopali unienda causa superest, requisita formula servanda sunt.
4. Non satis apte remedium afferretur huic malo per regulas correctionis, qua Episcopo fuerit.
5. Brevis ac curvae foret unitam Parochiam aut Vicariatum perpetuum devoluti titulo peti.

Q U E S I T U M.

Rogatur Sorbona Doctores, ut sequentes difficultates desinant, Quiritur.

I. An simonia labe infensus sit Actus, quo Parochus pure ac simpliciter Parochiam, quam possidet, Episcopo suo resignat? Adhuc ratio ea est, inquit Parochus, ut nempe sum Presbyterium cedat Episcopo, qui eundem Visitationum tempore satis commodum futurum est. Resignatio haec facta est ea conditione, ut Episcopus Parochia aliud conferat Beneficium, quod eidem congruat, cuiusque non minor quam Parochiae in ejus manu dimissus sit. Interea temporis promittit Episcopus, & tacto Episcopali pectore recipit se ducentas libras annuas ex Secretariatus sui iuribus Parochia duabus vicibus pensiois titulo soluturum; atque adeo solvendum summam delegat Secretario, cui fe rationem redditur ex abdicacione Parochi pollicetur.

II. An non hic Actus lapsu temporis praescriptus sit? III. An Episcopus, qui in praesens Dioecesim obtinet, cum ejus Actus participes omnino non fuerit, teneatur eundem purgare, & quicquid, cognitis ejusdem transactionis vitiis ac defectibus, ex ejus Parochiae proventus percipit, restituere?

IV. An qui arrogat hujus unionis vicia & nullitatem Episcopo privatim detexerant, gaudent conscientiae securitate, atque an non eam hae de re coram duobus tribulve testibus alloqui debeant, ac si minus ille malo remedium attulerit, ipsam Ecclesiam denuntiare teneantur?

V. An qui Parochiam hanc quito ab hinc anno Vicarii perpetui titulo possidet, quique cateroquin alterius Parochiae primitivus Parochus est, haud colorato titulo gaudet, quo Vicariam hanc perpetuam retineat, vel an quod intra annum Beneficiorum alterum non dimiserit, amittat utrumque; vel denique an optandi jure gaudeat, si forte ejus Beneficia devoluti titulo peterentur?

VI. An qui duo hae Beneficia possidet, in bona fide versetur? Cum enim clare Universitatis Doctor sit, & in eadem Dioecesi Theologalis fuerit, non est censendus ignorare Beneficiorum, & praesertim animarum curam habentium pluralitatem prohibitam esse.

VII. Facta hypothesei Episcopus velle unionem hanc Romanae Curiae purgandam subdere, an non ille statim eam pro nulla habere debet, ac novam edere, servatis requisitis formalis, quae absolute neglectae sunt in priore, in qua nihil aliud occurrit, quam Actus, de quo supra mentio facta est?

VIII. Episcopus potestne ad Parochiam hanc nominare, atque an non amittit nominationis jus per Decessoris sui simoniam, dum sibi Beneficium hoc vindicavit? Decimus jam annus est, ex quo qui nunc Episcopatum obtinet, certior est factus vitorum, quibus Actus inter ejus Decessorem & Parochum stipulatus laborat, nec ullum haecenus malo remedium attulit.

Consilium Conscientiae subscriptum, ut propositis questionibus satisfaciatur, exillimat.

Quoad primam: Actum, quem Episcopus & Parochus inierunt, simoniacum esse, quia traduntur Parochia libra ducentae quotannis ex Episcopi Secretariatu sumenda, vi Parochiae pure simpliciterque dimissa ad Episcopi commodum; id quod est temporale pro spirituali, & aperta, quod inde consequitur, simonia.

Quoad alteram: Eundem Actum vitioliosum nullamque esse, non solum quia est simoniacus, sed etiam quia in Parochia Episcopali Mensae unienda formula absolute necessaria servata non sunt, ex quo sequitur, eam nullo temporis lapsu legitimum effici potuisse; ad praescriptionem enim colorato saltem titulo, ac bona fidei possessione opus est; jura vero unionis Actus simoniacus, divinoque Juri contrarius est, adeoque haec in re nullus est praescriptionis locus. Praeterea cum manifeste nullus sit, praesumi non potest eam bona fide initum fuisse, ut Beneficium tam male acquiratum bona pariter fide fuisse possessionem.

Quoad tertiam: purganda est unio haec, facta hypothesei aut leviorem causam praesto fuisse, quamobrem Parochia Episcopali Mensae uniretur. Porro percepti fructus restituendi sunt, partim Beneficio, partim Ecclesiae ac pauperibus; statim enim atque Actus vicia innovaverit, quominus nullus est, dubitari non potuit. Itaque ex eo tempore mala fide retenta est possessio, restituendumque proinde, quicquid postea perceptum fuit.

Quoad quartam: non promissive ad quemque de populo pertinere tratenere erga Episcopum correctionis officium, eosque ipsos, penes quos tale jus esset, id aggredi non debere, si monitionem inutilem fore praeviderint. Porro testes addi, ac deinde Episcopum denuntiare, est vero non esse Antistitis ad unionem reformandam adigendi ratio maxime efficax atque expedita; tutius fortasse foret in Vicarium perpetuum, vel in Episcopum ad obtinendam Actus abrogationem devolutum constitui. Quod si id scandalum sit, sibi impeter Episcopus, quoniam ipse ei occasione praebuit, quippe qui monitis sibi super hoc negotio propositis auscultare noluerit.

Quoad quintam: Cum fere primitivus Parochus nec residentie legibus, nec Parochialibus functionibus obstrictus sit; is, de quo sermo est, in una Parochia primitivus Parochus esse potest, & in alia Vicarius perpetuus; nec secum pugnant haec duo Beneficia; nisi Parochus primitivus ipse per se Parochiae suae deservire, ibique residere teneatur. Quo in casu nullum ei foret optionis jus, sed Beneficium primum deservire teneatur, cum alterum acceptaverit, prout tradit Tridentina Synodus (a) qua Canonem *De multis, de Praebendis* in hoc articulo servari vult. In hac sententia est Caballutus. Quamobrem si devolutum poneretur, Beneficium prius, ut vero simillimum sit, vacans & impetrabile declararetur.

Quoad sextam: Facta hypothesei Beneficia hae duas esse Parochias actu, non haberi, liquido constat ea esse duo Beneficia incompatibilia, atque adeo ejusmodi, ut citra legitimam dispensationem uniri nequiverint.

Quoad septimam: Abusus adest, si hujus Parochiae unio sine veri nominis causa, ac sine formalis in simili facti specie servari solitis fieret; ut proinde, si secus res haberet, unio nulla foret, & in foro externo ejusmodi declararetur.

Quoad octavam & postremam questionem, responderetur, hujus Parochiae collationem bifariam spectari posse, nempe quoad Episcopum, qui unionem transegit, & quoad ejus Successores; si unio referatur ad primum, cum ea nulla sit, Parochia proinde collatio Vicariatus perpetui titulo facta pariter nulla est, tum ejus ratione, tum successorum, quibus haud majus quam eidem jus praesto erat.

Unionis Auctor cum in eo, quem inivit, Acta simoniae se labe poluerit, in excommunicationem incidit; cum tamen nullum Judicium extiterit, quod eum excommunicatum denuntiaverit, & declaraverit, ad eam proinde Parochiam nominare potuit, ejusque nominatio nulla non fuisset, nisi simonia, qua infecta erat, intercessisset. Ad eandem Parochiam nominare possunt ejus Successores, nulla unionis contra regulas inita ratione habita.

Decisum in Sorbona hac die 20. Januarii an. 1699. G. Fromageus.

(a) Conc. Trid. sess. 7. c. 4. de Refor. Caballut. in praxi l. 1. c. 21. Lamez Tom. II.

Prioratus animarum curam habens Communitati unitus.

- 1. Prior cum animarum cura assensit non potest Beneficium suum simplex redi, ut uniuersis Doctrina Christiana Communicati, qua se passuram pollicetur, ut ille, quoad vixerit, uniuerso reditu sentatur.
- 2. Si Episcopus, eo invito, & Parochiani agro ferentibus, id mutationis edere conaretur, debet Parochus omnibus Juris rationibus eidem se opponere.
- 3. Audiendi essent in hac facti specie Parochiani.
- 4. Si unio fieret, Beneficium impetrabile foret.

Q U E S I T U M.

IN Prioratu campestri, atque animarum curam habente, qui libras annuas mille ducentas reddit, fundati sunt Congregationis Doctrinae Christianae Missionarii numero quatuor, qui ibidem resident, singulis per annum diebus Dominicis concionari, tribusque verna tempestatis mensibus se in alias alii Parochias fundatione recentis Missionis gratia conferre debent.

Hi Missionarii secum in animo reputant Prioratum sibi valde commodum fore, tum quia elegans obtinet domicilium, hortum, ac septa loca, quae ab ipso pendent, tum quia ipsi Missioni vacantes, uno eodemque tempore Parochiae deservirent, quamobrem eorum redditus non mediocriter augetur, ipsique remanent libras decem mille, quas domum & Ecclesiam construendi gratia receperunt. Priori proponunt, ut sibi Parochiam cedat; omnem ei redditum, quoad in vivis fuerit, offerentes, ne congrua quidem portione ob Parochiae servitium sibi reservata.

Occurrunt huic Parochi rationes in utramque partem, quibus ejus animus in diversa trahitur.

I. In hoc negotio suum invenit temporale commodum, quoniam redditum suum percipiet, nihil agens, quocumque liberit, se conserre, & quicquid arriserit, amplecti poterit. II. Invenit & spirituale commodum Parochiae suae, quippe qua melius administrabitur, quandoquidem quatuor ac fortasse sex aderunt Presbyteri ejus servitio addicti, iidemque idonei, atque solliciti, cuiusmodi praesumit potest ejus Congregationis alumnos fore; quibus etiam Superiores invigilabunt, eos mutaturi, qui non satis in officio se continent.

At ex alia parte Ecclesia Parochiarum naturam inverti prohibet: atque adeo (a) Tridentina Synodus mandat, ut, si quae mutata fuerint, in pristinum restituantur; id quod identidem, atque adeo quotidie fit; atque in hac ipsa diecessi decem & amplius Parochiae redintegrate sunt, sublata sejunctione Prioratus a Parochia; quae omnia contradictoriae Tolosensis Senatus Rescriptis firmata sunt; addi & illud potest, ejusmodi separationes divino ac naturali Juri adversari, quoniam qui purus putusque Prior remanet, majorem proventuum partem sine ullo labore percipit.

Verum si in nonnullis casibus haec mutationes ob graves causas peti possunt, contra sunt in hac facti specie rationes multae. Etiam I. Magno opere Parochiani repugnant, parati nihil intentatum relinquere, ut id impediant. II. Sui Pastore contenti sunt. III. Eorum Parochia est admodum tenuis, & unus idemque Sacerdos, qui sibi non desit, citius, quam si plures fuerint, eorum animos sibi devinciat. IV. Quo plures aderunt sustentandi, eo magis elemosyna dimineatur. V. Religiosi, quarum exiguus sit numerus ruri quidem, remissioni ac depravationi admodum obnoxii sunt.

Queritur ergo I. An Prior, qui & Parochus, de quo dictum est, huic mutationi, integro reddito sibi reservato, tuta conscientia assentiri possit?

II. An refragari ipse debeat, etiam si Episcopus mutationi patrocinaretur?

III. Quid ejus impediende gratia facere debeat?

IV. Quomodo debeant in hujusmodi negotiis Parochiani ipsi se gerere?

V. An non, hujus Prioratus natura in Beneficium simplex converta, devolutum timendum foret? Ad quae quidem ut respondeant, Sorbonae Doctores rogantur.

(a) Concil. Trid. sess. 25, c. 16. de Reform.
 (b) Conc. Trid. sess. 24, c. 13. de Reform. & sess. 25, cap. 16.
 (c) Garcias part. 12, cap. 2, n. 18. de Benef.

Consilium Conscientiae subscriptum censet, nili cause, quamobrem Parochia, cujus in expositione facta est mentio Christianae Doctrinae Paribus uniat, ejusque fructus omnes Titulari. quoad vixerit, referentur, aut eadem Parochia in vis est, primitivus Parochus fit, Doctrinaeque Patres Vicarii perpetui; quia nempe Canonum & Ecclesiae menti repugnanti; quales cause forent Ecclesiae necessitas, aut longe maxima utilitas, itaque Tridentina Synodus Monasterii uniones titur: (l) Statuta sancta Synodus, ut Ecclesiastica Beneficia parcularia, quocumque nomine appellentur, qua curam animarum ex primam eorum institutione, aut aliter quomodocumque retinent, illa deinceps in simplex Beneficium, etiam assignata Vicario partu congrua portione, non convertantur, non obstruantur quibuscumque gratias, &c. Garcias (c) assert complures Congregationis Declarationes, quibus ejusmodi separationes prohibentur, & inter alias unam laudat in hac verba: Parochiales Ecclesia in simplex Beneficium converti non possunt; quae intelligendum est in aliqua parte fructuum ipsius Parochialis. (d) Adhaerent sententiae huic Riccius & Barboza in appellatum Synodi locum.

Quoniam porro Ecclesiae necessitas aut utilitas minime postulat, prout in Expositione declaratum est, ut ejusmodi Parochia a Prioratu sejungatur, atque ita hic quidem Beneficium simplex evadat, ea proinde mutatio pro viribus impedienda. Sequitur ex haecenus dictis, ad propositas difficultates ita responderi posse.

I. Priorem Parochum non posse tuta conscientia ei mutationi assentiri, ac si assentiretur, retento, quoad vixerit, omni reddito, videri Ecclesiae bonum suo privato commodum posthabere, id quod maxime vituperanda cupiditatis effectus esset, & iis, qui de re cognoscerent, scandaloso foret.

II. Parochi esse, huic, si ita loqui licet, simplificationi reluctari, atque in hoc negotio animi a terrenis rebus alieni, longeque magis de Parochia sua quam de proprio bono solliciti exemplum praebere.

III. Quamvis Auctores nonnulli contendant in unionis casu Ordinarium non teneri Titularis consensum petere, quia non videtur ejus interesse quoad Parochiam redditum, qui eis, dum vixerit, integer relinquatur, & quia non nisi post ejus mortem unio sortiri debet effectum suum; non eadem tamen hic ratio est, quoniam vel vivente Parochus ponitur huic Parochiae in Beneficium simplex converti. Praeterea ex regula usque est, ut Parochi appellentur, antequam eorum Parochia Communitati uniantur; qua de re Fevretus (e) consulti postest. Quamobrem si hujus Parochi Episcopus mutationem hanc aggrediat, Parochus, cum suum ei animus, qua par est, obliquantia significaverit, oppositionem suam exhibebit, si forte ille progredi voluerit; sed imprimis cognoscere debet de praxi quae quoad ejusmodi negotia in ipsius Provincia servatur.

IV. Quoniam pro certo ponitur Parochus refragandi ejus esse, per Appellationem ad Metropolitanum, vel per Appellationem tamquam abusus debet sibi consulere, atque ostendere nullam satis justam causam suppere, quamobrem ejus Parochiae natura mutetur, & ex ipsa Beneficium simplex constituat.

V. Non expectatur, si stricte loqui velimus, Parochianorum consensus, cum de Parochiarum unione agitur; ut enim Rebuffus ait, *de his plerumque certae coactae propriae commoda* (f) Quia tamen graves cause Populo praesto sunt, cur Parochia, de qua agitur, unio se opponat, dignus proinde est, qui audiatur. Hic Rebuffus ibidem subdit, de Parochianis verba faciens: *Audiendum tamen, si causam rationabiliter allegarent impediunt unionem fore.* Haec quoque Fevreti loco laudato sententia est.

VI. Denique devolutio locus esset, Prioratus enim animarum curam adjunctam habens impetrabile foret, si Parochus & Episcopus in id conspirarent, ut eum simplicem redderent, & negotium ad exitum perduceretur, Ratio in promptu est, quia nempe per Titularis dimissionem in manu Patrum Doctrinae Christianae censetur vacans, & hic quidem eum possidere omnino non possent, quem scilicet illegitima dictione contra Ecclesiae & Canonum mentem, quemadmodum dictum est, obtinissent.

Decisum Parisiis hac die 7. Januarii an. 1700. G. FRAGAULT.

(d) Riccius Tom. 2. resol. 383.
 (e) Fevret. lib. 2. cap. 4. n. 26.
 (f) Rebuffus Gloss. 11. n. 11. de unione in praxi.

V O.

VOTUM, definitent D. Thoma, (a) est promissio deliberata Deo facta de aliquo meliori bono. Promissio est, non simplex deliberatio. Hinc Innocentius III. consultus ab homine, qui cum aegrotaret, seque morti proximum esse timeret, ita locutus fuerat: haud hic diu consistam. Religione sibi propolita: respondit, eum, si non nisi simplicem deliberationem ediderat, non teneri, quod statuerat, implere. Additur, deliberata; quamobrem qui citra deliberationem atque inconsulto Vota emittunt, non tenentur eadem implere, quia deliberationis defectu propriae dicta Vota non sunt. Deo fit promissio hac, quia Votum Actus est Religionis, cujus Actus omnes ad Dei cultum tendunt. Denique eadem promissio de aliquo meliori bono est, de majore scilicet bono, quam illud est, quod facere debemus, ut salvi simus, vel quod nobis de necessitate salutis necessarium est, ut ait S. Antoninus. Dividitur Votum, (b) I. In absolutum & conditionatum; II. In reale; personale; & mixtum, videlicet reale simul & personale; III. In Votum simplex, & solemne.

Absolutum Votum illud est, quod fit nulla apposita conditione; conditionatum est illud, quod non obligat, nisi conditio, quae ei addita est, completa fuerit. Reale Votum est, quod materia loco res habet extra nos existentes, cuiusmodi sunt temporalia bona; ut cum certa quadam summa Pauperibus tribuenda promittitur. Personale est, cujus materia persona nostra, nostraeque actiones sunt; exempli causa dum quis sacrorum Ordinum susceptione, aut Religiosa Professione Deo atque Altaris ministerio se dedit & consecrat, aut Deo promittit peregrinationem aliquam susceperum, jejunio vel orationi vacaturum. Votum mixtum, nempe reale simul & personale tamquam materiam habet actiones personae nostrae, ac nostra pariter bona; ut si quis voveret se in visurum Sacellum Beatae Virginis de Liefse in Picardia, & certum aliquod ornamentum sibi oblaturum.

Celeberrima est Voti divisio in simplex & solemne. Sed hoc posterius duplicis est generis; primum est, cum in Religione approbata Professio fit; alterum, idemque ratiom Votum est illud, quod fit caritatis, dum Subdiaconatus Ordo suscipitur. Caetera omnia Vota simplicia sunt, seu publice seu privatim fiant, ore, vel animo, ut ex Canone *Quod Votum*, (c) quem S. Antoninus laudat, licet intelligi.

Vota autem perfectum rationis ulum edita nulla sunt; atque eadem est Votorum ratio, quae omnino libera non sunt, aut qua minus & facta vi sunt extorta. Duo tamen gravis metus genera sunt distinguenda; metus unus ex naturali seu interna aliqua causa est, cuiusmodi est mortis timor ex aliquo morbo productus, naufragii ex tempestate, Inferorum ex propriorum criminum cognitione proveniens; timores hi ob aliquam naturalem seu internam causam coorti Vota nulla & invalida minime reddunt. Hac Innocentii III. decisio est relata in Canone, *sicut vobis* (d).

At metus alius, qui ex causa extrinseca, & non libera provenit, cuiusmodi est timor, quem pater incuit filiae, dum ei mortem minatur, nisi Religionem amplectatur, Vota reddit nulla & invalida, ex doctrina Capituli *Perlatum*, ubi Alexander III. (e) mandat, ut mulier, quae post Professionem in Religioso Ordine emissam nupsit, ad Monasterium suum redire cogatur, si nempe probetur eam non id fecisse mortis timore percussam, vel postquam edita Vota suapte sponte firmaverit; atque ita si proferit coacta fuisset, ad velum, quod matrimonii causa deposita, recipiendum compellenda non esset. Eam poro rationem assert Glossa in Cap. *Abbas*, quod Deo per Votum promissa res, quae nullo praeprocepto facienda praescribitur, & quae supererogationis & consilii tantum est, cumulatissima cum libertate fiat necesse est.

Ante atatis annum decimum sextum nemo potest per solemne Votum Religioni se addicere, ut alibi dictum est. cum de Religiosa Professione verba ferent.

Puer ante annos quatuordecim, & Puella ante duodecim nequeunt Voto simplici, quod revocari nequeat, contra parentum, in nonnullis quidem contra Tutorum voluntatem se se obligare. Ante hanc aetatem emissia Vota nulla sunt cognitionis & deliberationis defectu. Fieri tamen potest, inquit D. Thomas, ut ob naturales dispositiones, quae humanis Legibus non subduntur, in aliquibus rationis usus anticipetur; qui quidem se obligare possunt aliquo Voto simplici, quamvis ipsi se solemnitibus Religionis Votis obligare non possint, quia Ecclesia, a cujus auctoritate solemne Votum suam omnem vim roburque mutuatur, ad ea suas Leges exigit atque conformat, quae universim fere ita se habent, non ad ea, quae non nisi raro contingunt.

Uxor se obligare non potest contra viri sui voluntatem ad ea faciendae, quae rei familiaris ordinem perturbarent, ut ad suscipiendas peregrinationes, ad surgendum noctu orandi gratia &c. Ad ea tamen obligare se potest, quae cum caeteris ejus officii coherere possunt: causa exempli ad Sacramentum susceptionem, ad Spectaculorum fugam; idemque sentiendum de Servo, qui Votum cum domini servitio pugnant emittet. Verum haec omnes personae ipsae tenentur Votum implere, si is, a quo pendent, expressum aut tacitum consensum praebuerit. Si qua porro in ejusmodi negotiis occurrit dubitatio, consulendi sunt idonei, & a partium studio alieni Doctores.

Non facile atque ex levitate quadam edenda sunt Vota; consilio magnaue circumspectione opus est, quia, ut loquitur sacra Scriptura Eccles. cap. 5. multo satius est Vota non fieri, quam facta non implere. D. Augustinus (f) in quadam Epistola obligationem declarat implendi Vota simplicia, quae edita sunt. Quia vovisti, inquit, temetipsum obligavisti, nec amplius licet te contra facere. Ante quam te Voto obligares, hiebat tibi in eo, in quo eras, tamen minus perfectio, statu consistere, quamvis non sit magni faciendae libertas, quae ab eo, quod debemus solvendo, magnoque inde lucro percipiendo nos eximit; at in praesentia, quia tua te promissio coram Deo obligat, non ego te ad magnam perfectionem traho, cum ad promissa faciendae compello, sed a magno peccato retraho; neque enim talis, si non nisi, quod vovisti, faceres, qualis fuisses, si Votum omnino non edidisses, &c.

Haredes non semper tenentur implere Testatorum Vota, ut si sint personalia, verbi causa peregrinationem aliquam consuecendi, Religionem suscipiendi; jejunandi, continentiam servandi. At si ea Vota realia sunt, & tra-

(a) S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 1. & 2.
 (b) S. Antonin. part. 2. tit. 11. c. 1. §. 8.
 (c) Canon. Quod Votum. De Voto in sect. apud S. Antonin. part. 2. tit. 11. c. 21.
 Lames Tom. II.

(d) Canon sicut vobis. De Regularibus, & transuentibus ad Religionem.
 (e) Can. sicut vobis. De Regularibus, & transuentibus ad Religionem.
 (f) S. August. Ep. 45. Ad Ammonatum de contemptu mundi. Bb 2